



Praxis Avrea Qvotidianarvm Rervm Ecclesiastici Fori

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum,
atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus,
excerptæ, continentur; Opvs Qvatvor Partibvs Distinctvm

Continens Tertiam, & Quartam Partem: Quibus, hac nostra editione ab
innumeris mendis repurgata ...

Riccio, Giovanni Luigi

Venetiis, M.DC.LXXIV.

Praxis Clericorvm Conivgatorvm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98599](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98599)

8 Hæc clausula posita in commissione appellationis operatur, quod sustineatur executio facta appellatione pendente, vt fuit dictum in causa Foroliuensis beneficiorum 13. Iunii 1588. coram Seraphino.

PRAXIS CLERICORVM CONIUGATORVM.

RESOLVT. CXIX.

- 1 Clerici coniugati non sunt de iurisdictione laicorum etiam si de debito agatur.
- 2 Lapi consilium contrarium sentientis quod possint a iudice laico iudicari ciuilitur.
- 3 Opinio magis communis ad quem spectet coniugatorum iudicium.
- 4 Pragmatica in Regno iuxta supradictam opinionem.
- 5 Quod supradicta opinio sit vera probatur.
- 6 Concilium Parisiense in quo determinatum fuit nullo a laico debere iudicari.
- 7 Generalis prohibitio ne clerici siue ciuilitur, siue criminaliter a laico iudice cognoscantur.
- 8 Pontifex declarat tantum Concilium Parisiense.
- 9 Et disposit. c.2. clerici coniugati etiam ciuilitur a laico iudice non possunt cognosci.
- 10 Prohibitus cognosci in criminalibus dicitur prohibitus siue agatur ciuilitur, siue criminaliter.
- 11 Quando pena venit applicanda fisco semper criminaliter agi dicitur.
- 12 In legibus nihil debet esse inutile, vel superfluum.
- 13 Constitutio noua est interpretanda vt minus quam possit corrigat.
- 14 Pontifex vtitur aduerbio Nullatenus ad propositum vterioris opinionis.
- 15 Ioannis Andreæ falsa opinio.
- 16 Dispositio Concilij Parisiensis comprehendit etiam clericos coniugatos.
- 17 Index licet possit de causa ciuili coniugatorum cognoscere illos in carcerem detrudi non potest.
- 18 Constitutio Bonifacij octauj.
- 19 Pontifex relaxans in casu ciuili coniugatos censetur relaxare quoad personalem distractionem.
- 20 Neque grauitas neque numerus doctorum sed difficultatis resolutiones etiam vnius doctoris faciunt opinionem communem.
- 21 Vnius doctoris melius, & rationabilius scribentis opinionem inhaerere debemus.
- 22 Illi doctores dicuntur facere communem opinionem, qui discussio articulo in casu de quo queritur consilia ediderunt.

An clericus coniugatus in ciuilibus gaudeat priuilegio fori.

- 1 Quid clericus coniugatus nullatenus sint de iurisdictione laicorum etiam si ciuilitur de debito agatur scripsit Archid. in cap.1. de cler. coniug. in 6. vbi etiam Fran. col.3. quibus accedat Lapius allegat.
- 2 41. vbi consuluit pro ipso debito non condemnari a iudice seculari etiam dato quod ante clericatum fuisset ab eodem iudice conuentus sequuntur etiam Speculator in tit. de compet. iudic. §.1. n.24. Cardin. in c. ex parte quat. 3. vbi Io. And. n.3. extra de cleric. coniug. Rot. in decis. 202. incipit si clericus in fin. in nouis Anchar. in c. vnico n.4. Fulgos. in consilio 124. incip. presuppositis statutis col.1. vers. circa primum Alex. in conf. 8. incip. videretur col. fin. vers. ex his infertur vol.1. in conf. 149. in causa inquisitionis per totum vol.6. Marian. Senior in consil. 12. col.4. vers. circa quartam vol.1. aliquos ex his, & plures nouissime vidi allegatos per Hyeron. Ceuallos Practicarum questionum quat. 593. vers. sed contrarium vbi citantur

3 plures de communi, & magis communi opinione Diaz rubr.1. §.5. vers. 10. Rot. Rom. in decis. 202. in nouis Borell. in additione ad Bellugam in Speculo principium rub.11. §. videamus in verbo coniugati Mandos. in adit. ad Lapum in allegat. 40. & in allegat. 118. Veron. conf. crim. 10. latè Burgos in conf. 22. per totum cum multis alijs, quos possem hic adducere, & pratermittere decreui, ex quo hodie in isto Regno Neap. iuxta supradictam opinionem fuit sancitū per pragmat. nuper de clericis, seu diaconis saluaticis.

4 Et quod hæc sit vera opinio probatur per tex. in d. c.1. de clericis coniug. lib.6. & in versic. & cum iuxta Parisiense Concilium nullus clericus distringi, aut condemnari debeat a iudice seculari præfenti declaramus edictos &c. sed disposita in dicto concilio habentur in c.2. de foro competenti, vbi generaliter est facta prohibitio ne clerici coram laico iudice conueniantur, siue ciuilitur, siue criminaliter agatur in d. c.1. Pontifex vtitur declaramus ergo nihil noui voluit inducere aduersus dispositionem Parisiensis Concilij, nisi solum declarationem faceret itaque restat ipsos clericos coniugatos ex dispositione d. cap.2. non posse ciuilitur etiam coram iudice laico conueniri probatur etiam quoniam dum declaratur habito respectu ad d. c.2. sumus certi, quod sub illius dispositione comprehendantur, & qui dicit limitari illorum generalem dispositionem expressè debet limitationem allegare vt dixi in casu præcedenti in art.2. præsertim in re tam maximi præiudicij, vbi excommunicacionem iudex incurrit, & quando res non esset ita clara, in dubio iudex debet credere se excommunicatum, atque absolutionem petere, vt dixi alibi quando egi de absolutione, & licet hoc negotium sit clarum pro iurisdictione Ecclesiæ; tamen quando esset dubium, adhuc pro Ecclesia iudicandum est.

Item probatur per dictum c.1. in versic. nec ab ipsis secularibus iudicibus eos debere pertonaliter, vel etiam pecuniariter vllatenus condemnari &c. qui versiculus non est trahendus ad versiculum præcedentem, in quo prohibuerat posse trahi ad iudicium secularium in causa criminali etiam ciuilitur mora, aliter hic versicul. a nobis sic allegatus esset superfluous

10 probatur, quia prohibitus cognosci in criminalibus dicitur prohibitus, siue agatur criminaliter siue ciuilitur, & dummodo pena veniat applicanda fisco semper criminaliter agi dicitur, ne igitur sit superfluous intelligendus est hic versiculus vt comprehendat tertium casum scilicet quod pecuniariter agendum est contra clericos coniugatos, & tunc agi non possit coram iudice laico, in legibus enim nihil debet inutile esse, ac superfluum, vel sine mysterio operandi §. quibus in prima constit. Codic. c. si Romanorum distinct. 19. glo. in princip. ff. quod metus causa Bartol. in l. transigere in 1. opposit. C. de transact. item semper

13 per constitutio noua est interpretanda, vt minus quam possit corrigat ius commune cum dilectus de consuet. Alexand. in l. inter cetera nu.7. ff. de liberis, & posthumis, & in l.35. præter col.3. de damno infecto Gozzadin. in consil. 19. n.6. Paris. in consil. 46. nu. 68. volum.1. & consil. 95. nu.38. eodem volum. Curt. in consil. 155. colum.1. & hanc esse communem opinionem probat Ias. in l. omnes populi. ff. de inst. & iur. vt igitur hic vers. nec etiam pecuniariter aliquid operetur, opus est dicere, quod differat a versiculo præcedenti in versic. vel ciuilitur item vt minus corrigatur ius commune, quia aliter dicendo corrigeretur Consilium Parisiense in hoc, vt clerici coniugati possint coram iudice seculari conueniri.

14 Item probatur per Aduerbium nullatenus, quo Pontifex vtitur in dict. capit. cuius natura est in totum negare, & vniuersaliter a iurisdictione excludere Decius in c. super literis num.13. de rescript. & in c. eam

eam re n. 33. cod. tit. Lanfranc. in c. qua fronte de
appellat. glol. in cap. item in versiculo nullatenus de
sequestrat. possell. & fructuum Gigg. in tractatu de
pension. in ultim. quæst. num. 10. habetque vim sen-
tentie, atque decreti irritantis, & aufert facultatem
dispensandi in contrarium glol. in auth. si qua mulier
C. ad Velleian. Card. in c. item §. quis autem de se-
questrat. possell. & fructuum Archi. in cap. quoniam
in cap. nullatenus de immunitate Ecclesiæ. Ancaran.
in consil. 180. num. 2. Tiraquell. in l. si vnquam in ver.
reuertatur num. 95. C. de reuocandis donat. vbi late
de hoc, voluit igitur Summus Pontifex per hoc ad-
uerbium in fine positum, excludere omnem iurisdic-
tionem, quod non esset nisi omnem casum compræ-
henderet, siue clarè expressum vt nos firmauimus, siue
in dubio positum secundum aliquos, ex quibus
15 apparet non esse veram opinionem Ioannis Andreae
contrarium sentientis in dicto cap. 1. videlicet. Pon-
tificem intellexisse in duobus casibus, vbi criminaliter,
vel ciuilitè de crimine ageretur, in quibus dum-
taxat Iudex Ecclesiasticus in clericos coniugatos ani-
maduertat, vbi autem pecuniariter agendum esset
non de crimine, coram iudice laico conueniri posse,
quam opinionem sequuti sunt ibi. Geminian. ac mul-
ti alij relati per Couar. in lib. practicarum quæst. cap.
31. num. 5. vbi in principio testatur hanc esse commu-
nem opinionem.

Et primo quantum ad Ioann. Andream quem cæ-
teri pro hac parte habent pro fundamento aduertend-
um est ipsum in d. c. 2. de foro compet. expressè di-
cere dispositionem illius Concilij Parisiensis compre-
16 hendere etiam clericos coniugatos, & ibi disponitur
etiam vbi pecuniariter agendum esset, sed dicere,
quod in d. c. 1. casus vbi pecuniariter agendum est re-
laxetur iurisdictioni laicorum, vel admittit necessa-
riam correctionem dicti Concilij, quod probatum est
esse falsum, vel inducit contradictionem necessariam
in eius dictis, & ideo cessante fundamento Doctores,
qui veluti ciues secuti sunt illius doctoris opinionem,
qui non aliter dispungunt articulum, non possunt fa-
cere communem opinionem.

Item quantum pertinet ad ipsam attestationem
communis aduertendum est eundem Couar. in d. n. 3.
17 & parum infra dicere hæc verba licet possit iudex sæ-
cularis de causa ciuili cognoscere, & eam diffinire,
non tamen poterit clericum coniugatum capere, &
in carcere pro executione detrudere, si ipse clericus
18 ea seruauerit quæ Bonifacij VIII. constitutione con-
tinentur, quod præter alios placet Anchoran. in dict.
consilio primo, & Ripæ in libro primo, respons. cap.
13. hæc opinio communis est; sed istæ duæ commu-
nes licet possent stare quando non adesset dicta con-
stitutio Bonifacij, tamen habito respectu ad illam,
vnde trahunt originem, ipsæ sibi contradicunt siqui-
dem si Summus Pontifex in casu ciuili conuentionis
19 relaxaret ipsos iurisdictioni laicorum censeretur re-
laxare etiam quo ad personalem distractionem, pro-
batur, quia in cæteris casibus, in quibus sunt relaxan-
di possunt in carceres apud iudices sæculares detru-
di, quare ista asserta communis iure non probatur,
& successiue licitum est contra illam iudicare, vt pro-
bat Abb. post Anton. de Butr. in cap. tua nos num. 9.
versicul. nota bene de iuris, & latè per communem
notat data in consil. 120. num. 1. qui alios refert.

20 Neque faciunt communem opinionem grauitas
vel numerus doctorum, sed rationes, & resolutio-
nes difficultatis, etiam si solius doctoris fuerint, vt no-
uissimè probat recollector communium opinionum
libro tertio, cap. 9. num. 9. versic. quarta opinio, &
21 quod opinioni singularis Doctoris prius sit inhaeren-
dum si melius, & rationabilius scripserit est casus in
l. 2. §. sed neque ex multitudine versicul. iam possit,

& vnus deterioris sententiam, & multos, & melio-
res superare C. de veteri iure enuclean. & probat
Dec. in consil. 499. numero 11. & consil. 258. nume-
22 ro 1. Item illi Doctores dicuntur facere commu-
nem opinionem, qui articulo maturè discussio in ip-
so casu, de quo queritur consilia ediderunt non qui
leuiter, & sine aliqua aut certè modica ratione scri-
bentes illam sequuntur, vt dicit Abb. in cap. bonæ il-
2. numero 30. de postulat. Prælat. Fulgos. in cap. 102.
column. 3. in princip. Ias. in consil. 151. column. 3. in
fine volumine quarto, Ias. in consil. 1. column. fin.
volum. 1. eodem in consilio 139. in fin. eodem volum.
Gabriel. in consil. 100. numero 24. volumine 2. sed
vt videri poterit omnes Doctores citati per Couar.
mouentur ex autoritate Ioann. Andreae, qui neque
distinguit articulum, sibi videtur contradicere, atque
ex inductione d. cap. 1. facta per glol. ibi Franch. ac
Archidiacon. & Lap. in d. allegat. 141. apparet clarè
comprehendere etiam casum vbi pecuniariter agen-
dum est quare concludendum hanc esse communem
opinionem.

RESOLVT. CXX.

- 1 Clericus coniugatus in tantum est de foro Ecclesiastico, in quantum contraxit cum vnica, & virgine, & cum habitu, & tonsura inceserit.
- 2 Additio Concilij Trid. coniugatos tunc esse de for. Ecclesiastico quando alicuius Ecclesiæ seruitio ab Episcopo sint deputati, & illi seruiant.
- 3 Clericus coniugatus potest habere beneficium sæcu-
lare.
- 4 Etiam Ecclesiasticum simplex dummodo pauper sine dispensatione, & sic conceditur in stipendium non au-
tem in titulum.
- 5 Ecclesiasticum autem cum cura sine dispensatione Pa-
pe habere non potest coniugatus.
- 6 Quod si bigamus sine beneficio, Ecclesiæ seruitio non
deputatus habitum, & tonsuram non deferens Eccle-
siasticis beneficijs, exutus intelligitur.
- 7 Coniugatus gaudet privilegio fori clericalis.
- 8 Clericus coniugatus debet abstinere ab armis, & nego-
tijs illicitis.
- 9 Quæ negotia sint licita, vel illicita clericis.
- 10 Negotia, quæ permittuntur clericis non coniugatis per-
mittuntur etiam coniugatis.

Quid requiratur in clericis coniugatis, vt dicantur esse
de foro Ecclesiastico.

B Reuiter sciendum est ad dilucidationem articuli,
1 quod clericus coniugatus in tantum est de foro
Ecclesiastico, in quantum contraxerit matrimonium
cum vnica, & virgine, atque detulerit habitum, &
tonsuram, vt dicit textus in cap. vnica. de cleric. co-
niugat. in 6. & in can. si quis suadente Diabolo 17.
quæst. 4. tradunt Capella Tholos. in decision. 144.
Francisc. Marc. decision. 290. numero secundo, vo-
lumin. 1. Paris. consil. 40. numero 21. volumin. 4.
Guid. Papa decision. 83. & per Sacrum Concilium
2 Trident. in sess. 23. cap. 6. de reformat. additum est
dummodo alicuius Ecclesiæ seruitio, vel ministerio
fuerint deputati ab Episcopo eidemque Ecclesiæ ser-
uiant, vel ministrent, &c. quo casu potest habere be-
neficium sæculare capit. ad audientiam de præscript.
3 item Ecclesiasticum simplex sine dispensatione si
pauper sit dummodo ei concedatur in stipendium,
non autem in titulum, idque fiat propter utilita-
tem Ecclesiæ, cap. si qui distinct. 32. cap. quia tua.
12. quæst. 2. & communiter præscribentes in cap.
cum M. de constitut. in cap. clericus de vita, & honest.
cleric. & per Imol. in dict. cap. vnica. de cleric. coniug.
5 Eccle-

- 5 Ecclesiasticum verò cum cura habere non potest sine dispensatione Papæ, Ioannes Andr. in c. Ioannes de cleric. coniugat. & de communi testatur Capra in regul. 97. num. 34. quibus priuilegijs Ecclesiasticis exutus intelligitur si bigamus fuerit, vel absque habitu, & tonsura inceserit beneficium Ecclesiasticum non habuerit, ac denique Ecclesiæ seruitio deputatus non fuerit, de quo latius per Franc. in d.c. vnic. de cleric. coniugato in 6. & per Couarr. in lib. pract. quæst. cap. 13. n. 7. ad finem. & per Nouar. in coment. ad pragm. 1. de cleric. coniugat.
- 7 Et ita demum clericali priuilegio gaudere clericum coniugatum dicunt Bertrand. in conf. 13. n. 5. volum. 8. Alex. de Neuo conf. 60. n. 4. Clar. in sua pract.
- 8 q. 36. n. 13. dummodo secularibus negotijs se non immisceant, & ab armis abstineant, quod tamen intelligi debet de negotiationibus illicitis non autem de permissis, & inductis victus necessitate, vt dicit Couarr. pract. quæst. c. 31. num. 6. quæ negotia illis licita sint, & quæ illicita habes apud Nigr. in extrauagant. clem. 7. in verbo Honeita n. 17. & in verb. solemnia. Redoan. in tract. de spolijs q. 2. n. 31. cum plurib. seq.
- 10 Illaque negotia permittuntur coniugatis, quæ permittuntur alijs clericis non coniugatis, & istis casibus debet procedere monitio vt præiudicium fiat priuilegio fori, vt per Alex. in d. conf. n. 149. versus fin. vol. 6.

RESOLVTIO CXXI.

- 1 Clericus coniugatus omittens habitum si ante patratum delictum reassumpsit habitum absq; dubio gaudet priuilegio Ecclesiastico.
- 2 Clericus reassumens habitum in fraudem non gaudet priuilegio fori.
- 3 Clericus committens delictum, & post delictum ducat uxorem vnicam, & virginem debet cognosci à iudice Ecclesiastico.
- 4 Ioannes Maria Nouarius scripsit hoc in facti contingentia.

Clericus Coniugatus omittens habitum, & postmodum reassumens quando gaudeat clericali priuilegio.

- 1 Vbiunque clericus coniugatus omisset habitum, & tonsuram, & commisset delictum, reassumpsissetque habitum ante delictum patratum absque dubio vitur priuilegio fori Ecclesiastici Alexandr. confil. 8. volum. 1. & confil. 149. volum. 6. Castel. in consilio quinto, Couarr. pract. quæstion. cap. 31. sub numero septimo, quos refert Clar. in sua pract. quæstione sexta, numero decimosexto, Cuchus institution. canonicar. maior. libro tertio, titul. 9. num. 68.
- 2 Ferrar. ad Guid. Pap. in decisione 138. nisi reassumpsisset habitum, & tonsuram in fraudem, quæ constaret ex notatis per Cappell. Tholosan. in decisione 144. & per Ferrer. in dict. decisione Guid. Pap. 138.
- 3 & quod si clericus prius existens, committat delictum, & post delictum ducat uxorem vnicam, & virginem, quod nihilominus attento tempore, quo commissum fuit delictum, debet cognosci à iudice Ecclesiastico concludit Grammat. decisione decima, sub num. 2. & latè vidi scriptum in facti contingentia, per Alamanum meum D. Ioannem Mariam Nouarium iuuenem in scribendo in iure solertissimum, & sic tradit in coment. ad pragm. Regni idest de clericis coniugatis.

RESOLVT. CXXII.

- 1 Clericus coniugatus remanens viduus in habitu, & tonsura gaudet omnibus priuilegijs competentibus clericis non coniugatis.

Aloys. Ruc. Praxis. Pars III.

- 2 Non videtur tonsuram deseruisse, qui statim eam sine fraude reassumpserit.
- 3 Clericus coniugatus ex dimissione tonsuræ non perdit irreuerabiliter priuilegium.
- 4 Clericus reassumens tonsuram recuperat omnia priuilegia, dummodo vxor mortua fuerit vnica, & virgo.
- 5 Clericus coniugatus non potest vti beneficio c. Odoardus de solut.
- 6 Clericus mortua vxore remanens in habitu, & viduitate potest vti dicto beneficio c. Odoardus.

Clericus coniugatus moriente ipso superstitute illius vxore vnica, & virgine manens in viduitate in habitu, & tonsura gaudet omnibus priuilegijs clericorum non coniugatorum.

- 1 IN facti contingentia consultus dicebam, quod clericus coniugatus si moreretur vxor vnica, & virgo, & ipse maneret in viduitate, in habitu, & tonsura reintegrantur in eo omnia priuilegia competentia clericis non coniugatis, vt dicit Panormitan. in capit. clericus ille secundo, num. 4. extra de vita, & honestat. clericorum Borrel. in addition. ad Specul. princip. rubric. decima prima, §. videamus in verbo coniugatis Aufer. in addition. ad Cappell. Tholosan. in decisione 104. vbi dicit hoc per sequentia verba videlicet.
- 2 Non enim videtur tonsuram deseruisse, ex quo statim eam sine fraude reassumpserit leg. tertia, ff. de diuort. cap. diuortium de pœnitent. distinctione prima.
- 3 præterea clericus coniugatus ex dimissione tonsuræ non perdit irreuerabiliter priuilegium, sed illud recuperat statim, quando tradetur, quia immo dicunt DD. in cap. clericus in sexto, de vita, & honestat. cleric. quod clericus coniugatus si mortua vxore reassumit tonsuram recuperat omnia priuilegia clericalia, dummodo vxor fuerit vnica, & virgo, ita dicit Sicul. in cit. cap. clericus.

Ex quibus infero, quod licet ultra priuilegium fori, & Canonis de clerico coniugato iudicetur vti de puro laico, ex quo dixi in mea praxi fori Ecclesiast. tomo primo resolut. 253. secundum nouissimam impressionem clericum coniugatum vti non posse beneficio capitul. Odoardus de solution. vt tenent etiam Natta confil. 356. Bulcullen. confil. nonagesimo, Cephal. consilio vigesimo secundo, num. 1. Costa de remed. subsid. cap. vigesimo nono, tamen hoc non debet procedere vbiunque clerico elset mortua vxor, & ipse remaneret in tonsura, & viduitate, nam recuperat omnia priuilegia clericalia, & consequenter vti clericus debet ipse gaudere dict. beneficio cap. Odoardus, & sic dico de singulis.

RESOLVTIO CXXIII.

- 1 Discordia inter Doctores, an clerici coniugati teneantur ad Gabellas, & collectas.
- 2 Clerici coniugati deferentes habitum, & tonsuram sunt immunes à Gabellis, & alijs muneribus.
- 3 Clerici coniugati tenentur soluere datia, & gabellas pro bonis proprijs.
- 4 Quod clerici coniugati teneantur de proprijs bonis ad datia, & collectas est opinio magis communis, & à Doctoribus amplexa.

An Clericus coniugatus teneatur ad Collectas, Datia, & Gabellas.

- 1 Interrogatus aliquando dicebam, circa hoc Doct. non esse concordēs, cum Annibal. in tractat. de Muner. parte 3. num. 112. & Maccabrum. confil. 18. num. 242. teneant Clericos coniugatos deferentes

F habitum,

habitu, & tonsuram esse immunes à Muneribus.

- Contrarium nihilominus, quod scilicet Clerici Coniugati teneantur, soluere Collectas, Datia, & gabellas pro bonis propriis tenuerunt Abb. in c. ex parte de Cleric. coniugat. Bal. in Margarit. in verbo Clericus versic. fin. Bertachin. de gabellis par. 7. num. 12. Guid. Pap. decif. 383. num. 2. vbi Add. Couar. pract. quæst. cap. 31. num. 9. Rodriguez opusc. 7. n. 79. Festas. in tract. de æstim. & Collect. par. 4. cap. 1. num. 7. Alvarez in specul. Iur. Pontific. cap. 35. in princip. Duen. Regul. 100. fallent. 10. vbi alios allegat Zerola in praxi episcop. in verbo Clericus §. 9. in fin. Thomat. in tract. de Muner. sect. si quispiam num. 14. Remig. de Gon. in tract. de carit. subsid. q. 65. num. 5. & 6. & alij plures, quos breuitatis causa omitto. Ex quibus patet quod hæc secunda opinio est magis communiter recepta, & à Doct. oribus amplexa.

RESOLVT. CXXIV.

- 1 Coniugati qui non possunt ordinari sunt incapaces beneficiorum.
- 2 Coniugati amittunt beneficia obtenta ante matrimonium.

An Clericus coniugatus possit habere beneficia.

- Coniugati, qui ordinari prohibentur sunt incapaces beneficiorum cap. 2. & cap. diuersis fallacijs, & cap. cum decorem de Clericis coniugat. facit tex. in cap. vnic. versic. in ceteris autem eod. titul. in 6. de quo bene Lambert. de Iur. patronat. l. p. 2. lib. q. 7. art. 3. Capra Regul. 97. à n. 23. Hoied. de Incompatibil. benefic. p. 1. cap. fin. n. 76. & 77. Parif. de Resignat. Benefic. lib. 4. q. 2. à num. 27. & 99. Sanchez de Matrimon. lib. 7. disputat. 42. n. 14. Less. de Iust. & Iur. lib. 2. cap. 34. dub. 21. ad cō vt etiam beneficia ante matrimonium obtenta amittant, vt late tradit Garfias de Benefic. cap. 8. par. 11. & procedit etiam in administratione Ecclesiastica, nempe quæ personæ Ecclesiasticæ assignatur, cuius etiam sunt incapaces, licet non sit beneficium Cæsar de Grass. in decif. 114. & dec. 91. Nec ex dispensatione Episcopi potest habere beneficium etiam simplex, vt contra antiquos bene probans tenet Abb. num. 7. incip. Ioannes de cleric. coniugat. Selua de Benefic. p. 1. quæst. 7. n. 18. Lambertin. vbi supra n. 8. Rossiniac. de benefic. cap. 3. à n. 3. Henriquez in summa lib. 13. cap. 14. §. 1. Parif. de Resignat. benefic. lib. 4. quæst. 2. n. 29. Capra Regul. 97. n. 43. Episcopus enim non dispensat contra Ius, nisi in casibus à Iure expressis, vt in proposito scribit Sanchez de Matrimon. lib. 7. disputat. 42. n. 18.

PRAXIS COLLATIONIS BENEFICIORVM.

RESOLVTIO CXXV.

- 1 Beneficij collatio facta excommunicato est nulla.
- 2 Excommunicatus ignorans se esse excommunicatum potest impetrare beneficium.
- 3 Excommunicatus potest acceptare beneficium in vim gratia obtente ante excommunicationem.
- 4 Excommunicatus censetur dispensatus ad obtinendum beneficium si à Papa in collatione apponitur, clausula absolutiua à penis, & censuris à quocumque latis.
- 5 Excommunicatus habet electionem & optionem, & quare eod. num.

Beneficij collatio excommunicato facta an teneat de iure.

- 1 Beneficij collatio facta excommunicato nulla est. Rota in decif. 195. incip. acceptatio facta in nouis Boer. in decif. Burdegal. 119. sub num. 1. in decif. 290. num. 1. Gulielm. Callador. in tit. de præbendis in decif. 1. n. 6. Francisc. Marc. in decif. Delphin. 920. n. 2. 3. vol. 1. & in decif. 884. n. 22. vol. 2. Simon. Maiol. de irregul. lib. 3. cap. 21. num. 3.
- 2 Limita primo quod excommunicatus ignorans se excommunicatum potest beneficium impetrare, & Apostolicas literas obtinere, Rota in decif. 281. incip. Nota glos. Nouissimè Const. de facti scientia, & ignorantia, Inspeccione 96. num. 1.
- 3 Limita secundo posse excommunicatum acceptare beneficium in vim gratia obtente ante excommunicationem Card. Bignetus in decif. 4. titul. de sentent. excommuni. Franc. Marc. in decif. Delphi. 88. num. 21. vol. 2.
- 4 Limita tertio si in collatione beneficij Papa apponit clausulam hanc, Te a censuris, & penis quauis auctoritate, & à quocumque latis quibus innodatus existis ad effectum harum tantummodo consequendum absoluius, & absolutum fore censentes, tunc ad beneficium illud obtinendum dispensatus censetur, vt dicit Alber. de Rosat. in l. à procedente in princip. C. de dilatio, vbi inquit id obtinuisse à Benedicto XII. Summo Pontifice, dum Romæ esset Mediolanensium Legatus, quem referens sequitur Nicol. Boer. in dict. decif. Burdegal. 290. n. 2. 3.
- 5 Sublimita supradictam tertiam limitationem, quod si per annum perseveraret in excommunicatione, ex illius contumacia beneficium illud non obtineret Nicol. Boer. in d. dec. 290. n. 3. Francisc. Marc. in d. decif. 884. num. 22. volum. 2.
- 6 Limita autem quarto excommunicatum habere electionem & optionem quia sunt facti, & voluntatis, non autem iuris, vt dicit Rot. in decif. 195. incip. acceptatio, & in decif. 315. incip. habens in nouis.

RESOLVTIO CXXVI.

- 1 Quæ ætas requiratur de Iure antiquo in obtinendo præbenda vel canonicatum, tam in cathedrali, quam collegiata.
- 2 Quid statuit Conc. Trid. sess. 23. c. 5. de ætate ad obtinenda dicta beneficia.
- 3 Quæ ætas requiratur Iure Canonum in beneficio curato.
- 4 Papa prouidendo minori ætati, quam est de Iure videtur cum illa dispensare.

In collatione Beneficiorum quæ ætas exigatur.

- 1 In Cathedrali Ecclesia minor 14. annorum, immo etiam septennis potest obtinere canonicatum, aut præbendam, & in collegiata c. ex eo quod vbi glos. & Doct. de elect. in 6. glos. in c. si eo tempore de re script. in 6.
- 2 Secus verò de iure nouissimo Concil. Trid. quo esse debet maior 14. annorum, vt patet sels. 23. c. 6. nullus facit. Rota in decif. 204. incip. Nota quod minor, & in decif. 216. incipien. Nota quod vbi Martin. Nauar. in summa Confelsar. cap. 25. n. 22. 135. Antonut. in Cateches. Neapol. c. 8. Ioannes Coras. in Paraphras. Sacerdot. p. 3. n. 2. Simon. Maiol. de Irregul. lib. 1. c. 3. n. 12. Borell. de Magistrat. Edictis lib. 1. cap. 6. n. 29.
- 3 Dignitas autem curæ de iure canonum ætatem viginti quinque annorum requirit cap. cum in cunctis §. interiora de elect. Nisi Papa prouideat quia prouidendo cum illo dispensare videtur vt dicit Puteus in decif. 403. lib. 1. licet attentare videretur tunc à Papa dispens.